



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Qui per Christum iustificantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

De dispensatione, & ministerio ad-  
uentus Christi.

## C A P V T I I.

**Q**uo factum est, ut cœlestis pater, & pater  
misericordiarū, & Deus totius consola-  
tionis; Christum Iesum, filium suum, & ante  
legem, & legis tempore multis h sanctis Pa-  
tribus declaratum, ac promissum, cum venit  
beata illa plenitudo tēporis, id homines mi-  
serit; ut & Iudæos, qui sub lege erant, redime-  
ret, & gentes, quæ nō sectabantur iustitiam,  
iustitiā apprehenderēt, atq; omnes adoptio-  
nem filiorū reciperent. Hunc proposuit Deus  
propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro  
peccatis nostris; non tñ solum autem pro no-  
stris, sed etiam pro totius mundi.

Qui per Christum iustificantur.

## C A P V T I I I.

**V**erum, etsi ille pro omnibus mortuus a est,  
non omnes tamen mortis eius beneficium  
recipiunt, sed ij duntaxat, quibus meritum  
passionis eius communicatur. nam sicut reue-  
ra homines, b nisi ex semine Adæ propagati na-  
scerentur, non nascerentur iniusti. cum ea pro-  
pagatione, per ipsum dum concipiuntur, pro-  
pria iniustitiam contrahant: ita, nisi in Christo  
renascerentur, nunquam iustificarentur; cum  
ea renascentia per meritum passionis eius gra-  
tia, qua iusti fiāt, illis tribuatur. Pro hoc bene-

ficio

g 2. Cor. 1.  
h Gen. 49.  
cum sim.  
i Gal. 4.  
k Ro. 9.  
l Rom. 3.  
& 5.  
Colof. 2.  
1. Tim. 2.  
& 2. Ti. 1.  
c. multi-  
plex de  
pœ. dif. 1.  
m Ioan. 1.

a 2. Cor. 5.  
b Allusio  
ad verba  
Aug. epif.  
89. Oēs  
qui rena-  
scuntur  
in iustifi-  
cationē,  
&c. quæ  
alibi cre-  
bro incul-  
cat infra  
cap. 1.

e Colo. 1. *ficio Apostolus gratias nos e semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partē sortis Sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitq. in regnum filij dilectionis sue; in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum,*

Insiuatur descriptio iustificationis impij, & modus eius in statu gratiæ.

## CAPVT IV.

d Gala. 4. Tit. 3. *Quibus verbis iustificationis impij descriptio insinuatur, vt sit trāslatio ab eo statu, in quo homo nascitur d filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum, Saluatore nostrum, que quidem translatio post Euangelij promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri nō potest, sicut scriptū est: e Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu*

e Ioa. 3. c. filius & c. nō dubito. de cōse. dist. 4.

*sancto, non potest intrare in regnum Dei.*

De necessitate præparationis ad iustificationem in adultis, & vnde sit.

## CAPVT V.

*Declarat præterea, ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullus eorum existētibus meritis, vocantur; vt, qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitātem, atq. ad-*

*iuuan-*